# CODEX
## LEGUM MUNICIPALIUM
*AD UTILIA JUSTITIÆ, ET*
*REGIMINIS TERRÆ*
# MONTIS SANCTI.



Ex libris Iovanni Pierandrei
ex Monte Sancto

MACERATÆ MDCCXXXVI.

Typis Hæredum Pannelli Impreſs. S. Officii. *Super. Permiſſu.*

# CALISTUS PP. III.

A Dea quæ felicem, & proſperum Statum Terrarum nobis, & Romanæ Eccleſiæ ſubditarum populorumque in illis viventium utilitatem commoda, & honores concernunt, libenter intendimus, & illa proſequimur favoribus oportunis. Hinc itaque eſt quod Oratoribus dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Caſtri Montis Sancti firman. Dioc. diligenter auditis cupientes eiſdem Communitati, & hominibus nobis, & Romanæ Eccleſiæ fidelibus in eorum petitionibus, quantum cum Deo poſſumus complacere, privilegia exemptiones immunitates, & Capitula per dilectum filium Ludovicum tituli Sancti Laurentii in Damaſo præsbiterum Cardinalem Patriarcham Aquilegien. Camerarium noſtrum tunc Apoſtolicæ Sedis Legatum eiſdem propter fidelem eorum obedientiam, ac etiam in aliqualem recompenſam damnorum ab eis pro ſtatu, & honore Eccleſiæ perpeſſorum conceſſa, quæ bonæ memoriæ EUGENIUS IV. per ſuas in quibus Capitula ſuper hujuſmodi exemptionibus, & immunitatibus de verbo ad verbum inſerta erant primo; poſt NICOLAUS V. prædeceſſores noſtri per alias ſuas in forma brevis litteras confirmaverunt, & approbaverunt, prout in ipſis litteris continetur, quarum tenores hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, necnon omnia, & ſingula in eis contenta, & inſerta quæcumque auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ratificamus, approbamus, ac confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio comunimus. Et inſuper ut Communitas, & homines prædicti eo magis in hujuſmodi fide, & devotione perſiſtant, eadẽ auctoritate ſtatuimus, & ordinamus quod reformationes, & ordinamenta per ipſos Communitatem, & homines potiſſime pro bono, & pacifico ſtatu ipſius Caſtri fienda, dumodo non ſint contra Eccleſiaſticã libertatem, abſque confirmatione alicujus Gubernatoris, aut Rectoris exequi poſſint. Et ſi aliquis eorum contra formam privilegiorum dictæ Terræ ad aliam Curiam tractus fuerit, vel trahetur in futurum, quæcumque acta, vel fienda nullius ſint roboris, vel momenti. Præterea mille florenos, qui ab eis in ſumma florenorum Trium millium noningentorum triginta octo ſoluti fuerunt, ſed ab officialibus dicti prædeceſſoris Nicolai non fuerunt admiſſi, & excomputati, nos in tales futuri temporis excomputari eis volumus, & manda-

mus , quietatione etiam per eos facta pœnitus non obſtante . Necnon ut ſaluti animarum chriſtifidelium ejuſdem Terræ conſulatur omnes , & ſingulos ex eis , qui Monaſterium Sancti Thomæ dicti Caſtri Ordinis Sanctæ Claræ , non tamen animo male agendi hactenus intraverunt , ab excomunicationis ſententia , quam propterea incurriſſent harum ſerie abſolvimus . Non obſtantibus conſtitutionibus , & ordinationibus Apoſtolicis , ac omnibus illis , quæ dicti noſtri prædeceſſores non obſtare voluerunt , cœteriſque contrariis quibuſcumque . Volumus autem , quod ſi ullo unquam tempore dicti Communitas , & homines quod abſit ab obedientia , & devotione præfatis quomodocumque deviaverint præſentes litterę nullius ſint roboris , vel momenti . Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper hiis à quoquam quavis auctoritate ſcienter , vel ignoranter contigerit attentari . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ratificationis , approbationis , confirmationis , communitionis Statuti ordinationis mandati abſolutionis voluntatis , & Conſtitutionis infringere , vel ei auſu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei , & Beatorum Petri , & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum . Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ , Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto Tertio Kalendas Maii Pontificatus noſtri Anno Primo .

Gratis de mandato D. N. PP.

*A. de Venetiis .*

*Blondus .*





# I N N O M I N E

## *DIVINÆ SUMMÆ , ET INDIVIDUÆ TRINITATIS PATRIS , ET FILII , ET SPIRITUS SANCTI AMEN.*

AD gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti , & honorem ejuſdem ſemper Virginis Matris Glorioſæ , Beatorum Apoſtolorum Petri , & Pauli , Glorioſiſſimi Prothomartyris Sancti Stephani Protectoris noſtri , & Sanctę , & Glorioſæ Mariæ Magdalenæ gubernatricis ſecundæ noſtri Comunis , omniumque Sanctorum , & Sanctarum totius cœleſtis curiæ triumphantis . Amem : Necnon ad reverentiam , & obedientiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ , & Pontificum ejus , & maxime Sanctiſſimi Patris , & Domini noſtri Domini Eugenii Divina Providentia Papæ Quarti , & univerſi cetus Dominorum Fratrum ejus Cardinalium .

SAcrarum Sanctio legum prontiſſima ratione decrevit , ut ſibi proprium quiſque populus jus conſtituat , ipſumque perſonarum rerum , & locorum exigentia , & qualitate ſecundum varietatem temporum mutet , & prodat , cujus regulis modeſta jubens , & contraria deprimens Sanctæ Matris Juſtitiæ perpetuo , & conſtanter imperando , deteſtando , puniendo , & permittendo honeſte vivatur , nemini lædatur , juſque ſuum digne cuilibet reddatur ; Hic non eſt ſapientis animum admirari , ſi quod alias licet vario , ac diverſo modo pro tempore , & morum varietate à prudentiorum veneranda memoria poſitum municipare jus iſtud . Ut hodie ſub certa lege vivatur partim veteri conſtitutione cum hac translatione repetita , & ſuperfluorum reſecatione , partim mutatione cum additione per injunctum nobis poteſtati ab hujus Almæ Comunitatis generali concilio in prædictis liberum arbitrium , & auctoritatem nonnulla novatione æterno auxilio invocato præſumpſimus , & curavimus ad unam conſonantiam reducendo ipſum enucleare , & reformare . Nos igitur Bartholomeus de Vallariis de Forlivio Poteſtas , & ſtatuarius prædictus ad hæc omnia , ut conceſſi arbitrii , & authoritatis ſollicitudo requirebat bona fide , & recto corde continuo

bonum Publicum dictæ Terræ, & hominum ejus præ oculis habendo procedentes, diviſimus horum Statutorum volumen in partes, & libros quinque tractantes in primo de officiis, in ſecundo de civilibus, in tertio de maleficiis, in quarto de maleficiis, ſive damnis, in quinto, & ultimo de extraordinariis. Inter quos primi libri Rubricæ ſunt hæ ſequentes. Laus Deo, & Beatæ Mariæ, & toti Curiæ triumphanti. Amen.

## INCIPIT TABULA PRIMI LIBRI.

*De hæreticis, & malis hominibus expellendis.* Carte 1
*De veneratione Sanctorum.* ibidem
*De denario Beati Dominici de Apulea.* car. 3
*De proviſione Religioſorum.* car. 4
*De proviſione facienda Studentibus.* car. 5
*De imbuſſolando octo bonos homines pro poteſtaria, & de ſalario Poteſtatis, Officialium, & monſtra.* ibidem
*De juramento Poteſtatis, & Officialium ejus.* car. 8
*De electione officialis damnorum datorum.* car. 9
*De elect one Cancellarii, & ejus officio.* car. 10
*De non refirmando aliquem Poteſtatem, vel Officialem forenſem, & de eorum vacatione.* car. 14
*De electione Confalonerii, & Priorum populi.* car. 15
*De juramento, & officio Confalonerii, & Priorum.* car. 16
*De privilegio, ſalario, & ſindicatu Confalonerii, & Priorum.* car. 21
*De electione, & authoritate Conſiliariorum de Concilio generali.* car. 23
*De electione, & balia conſilia conſiliariorum credentiæ.* car. 24
*De celebratione Conciliorum, & præpoſitis, & partitis, & pœnis excedentium in eiſdem.* car. 25
*Quod Conſiliarii honeſte in quolibet concilio morentur, & de verbis injurioſis in concilio dictis.* car. 29
*Quod arbitrium conceſſum Poteſtati intelligatur conceſſum Prioribus.* car. 30
*De faciendo quatuor Confalonerios, & de officio eorum.* car. 31
*De centum juratis de populo, & de eorum officio.* car. 33
*De officio, & electione Proteſtatorum Comunis.* car. 34
*De electione Maſſarii, ſive Camerarii Comunis, & ejus Notarii.* car. 36
*Qualiter Maſſarius, ſive Camerarius recipiat introitus, & expendat, & qualiter ſcribantur.* car. 37

Qui



*Qui introitus, & expenſæ legantur in Concilio generali quolibet menſe.* car. 40
*De ſcindicatu Camerarii, ſeu Maſſarii Comunis.* ibidem
*De exequutionibus electorum ad officia Comunis admittendis, vel non.* car. 41
*De ſacramento præſtando, per Electores, & Electos ad negocia Comunis.* car. 42
*De electione Scindici generalis, & de ejus Poteſtate, & officio.* car. 43
*Qui omnes teneantur perſonaliter venire ad cuſtodiam.* car. 46
*Quod quilibet Cuſtos vadat ad ſuam poſtam.* ibidem
*Quilibet habitans juſta viam publicam faciat lumen tempore rumoris.* ibidem
*Quod pulſetur campana groſſa tempore ſuſpecto, ut extrinſeci revertatur.* ibidem
*Quod pulſetur Campana Palatii pro cuſtodibus, & claveriis portarum.* car. 47
*Quos, datis Poſtis, Turrerius ſtatim vocet.* ibidem
*Qui Cuſtodes non diſcedant de poſtis.* car. 48
*Qui Cuſtodes tempeſtive vadant ad poſtas.* ibidem
*De antiquis proditoribus extirpandis.* ibidem
*De electione, & officio extimatorum Comunis.* car. 49
*Qualiter novi Caſtellani recipiantur.* ibidem
*De renovatione fumantium, & Capitaneorum.* car. 51
*Qualiter fumantes ordinentur, & cenſeantur.* car. [illegible]
*De claveriis Portarum.* car. 56
*De Tutubatoribus, & Bajulis, & eorum ſalario, & officio.* car. 57
*De pignoribus accipiendis, conſervandis, & reſtituendis.* car. 60
*De exactoribus, & exactionibus dativarum.* car. 61
*De favore præſtando Exactoribus per regimen.* car. 63
*Qualiter imponantur collectæ.* ibidem
*De electione Rationatorum, & eorum officio, & ſalario.* car. 65
*De ambaſciatoribus, & eorum ſalario.* car. 67
*De Armario Comunis.* car. 69
*De Artificibus.* car. 70
*De Electoribus, & electionibus.* car. 71
*Qua pœna plectendi ſunt aliquod facere debentes ſecundum formam Statuti.* ibidem

 TA-

## TABULA SECUNDI LIBRI.

DE juriſdictione Dñi Poteſtatis, & Vicarii noſtri Comunis, & qualiter ad banchum ſedeant. car. 73
De officio Notariorum banchæ civilium. car. 74
De in jus vocando in civilibus cauſis. car. 76
De modo procedendi contra contumaces. car. 77
Qualiter tenuta recuperetur, vel adjudicetur. car. 80
De exequutione inſtrumentorum. car. 81
De exequutione privatæ ſcripturæ, & de comparatione litterarum. car. 85
De contradictionibus, & defenſionibus tenutorum, & pignorum. car. 89
De libelli oblatione. car. 90
De exceptionibus, & replicationibus. car. 91
De litis conteſtatione. car. 93
De Sportulis, ſive Capitibus ſolidorum. car. 94
De præcepto facto in volentem ad invitum ad petitionem alicujus. car. 96
De ſummariis extraordinariis cognitionibus. car. 97
De dilationibns. ibidem
De feriis. car. 99
De Teſte citato ad teſtimonium perhibendum. car. 100
De jurejurando. ibidem
De præſcriptionibus. car. 103
De ſolutionibus, & Liberationibus. car. 104
De debito pluries non ſolvendo. car. 106
Quod quilibet teneatur rogare Notarium de promiſſis, & ante geſtis parte petente. ibidem
De donationibus. car. 107
De rebus noviter acquiſitis in apretio aponendis infra biennium. ibidem
De debitore ſuſpecto capiendo, & de ſequeſtratione rerum ejus. car. 108
De Forenſe volente agere contra terrigenam. car. 109
Quod filiæ, ſeu neptes dotatæ non veniant ad ſucceſſionem. car. 110
De Tutoribus, & Curatoribus dandis, vel removendis, & de eorum excuſationibus faciendis, & de ratione reddenda. car. 111
De interdicta adminiſtratione, & alienatione Minorum Prodigorum Mentecaptorum, vel furioſorum. car. 115
De Procuratoribus, & Defenſoribus. car. 117
De actione non cedenda Forenſi. car. 118
De principalibus conveniendis, & de indemnitate fidejuſſorum. ca. 119
De



De pactualibus ſervientibns, & famulis, & eorum mercede, & quæſtione ipſorum. car. 120
De Coloniis, Laboratoribus, Inquilinis, Penſionariis, & Cottimariis. car. 122
De reſtitutione dotis facienda. car. 124
De Filio familias non obligando. ibidem
De debito uſurario. car. 125
De refectione expenſarum. ibidem
De Teſtamentis, & ultimis voluntatibus. car. 126
Quod Agnati maſculi præferantur cognatis, & feminis in ſucceſſionibus ab inteſtato morientium proprie, vel improprie. car. 127
Conſtitutio ſuper Statutariis Succeſſionibus Innocentius PP. XI. car. 129
De negatione, & probatione filiationis, paternitatis, uxoratus, notariatus, & ſimilium. car. 134
De ſolutionibus, & ſalariis faciendis in cauſis. car. 135
De arbitris, arbitratoribus, & compromiſſis. car. 138
De obſervatione fori, & mercati. car. 139
De Notariis mortuis, & eorum Protocollis. car. 140
De protocollis, et rogitis ſcribendis. car. 141
De inſtrumentis faciendis, & reaccipiendis. ibidem
De inſtrumento ammiſſo reficiendo. car. 142
De matricula, et collegio Advocatorum, Procuratorum Montis Sancti. ibidem
De contractibus celebrandis cum præſentia duornm Notariorum. car. 146

## TABULA TERTII LIBRI.

DE in jus vocando in criminalibus. car. 147
De accuſationibus, inquiſitionibus, denunciationibus, et eorum proceſſibus. car. 149
De excuſationibus reorum. car. 150
De dilationibus in criminalibus dandis. ibidem
De teſtibus in maleficiis admittendis, et cogendis, vel non. car. 151
De copia danda, et allegationibus bandiendis. car. 152
Qualiter dicta teſtium ſcribantur in actis. car. 153
De ſententiis criminalibus ferendis, et proceſſibus expediendis, et exequutionibus fiendis. ibidem
De beneficiis, confeſſionis, pacis, et ſolutionis ante terminum. car. 155
De

De pœna non probantis accuſam, vel denuntiam. car. 156
Qualiter pater teneatur pro filio, et è converſo. car. 157
De pœna non cuſtodientium dies Feſtos, et Dominicales. car. 158
De pœna blaſfemantis Deum, et Sanctos. ibidem
De pœna jurantis per Corpus, et Sanguinem, vel alia membra Dei, vel Sanctorum, et Sanctarum Dei. car. 160
De perjurio, et ejus pœna. car. 161
De pœna blaſfemantis Eccleſiam Romanam, Papam, Cardinales, vel Marchiæ Rectores. ibidem
De pœna dicentis verba injurioſa, vel re improperoſa. car. 162
De pœna facientis rumorem. car. 163
De pœna inſultus cum armis, vel ſine. car. 164
De pœna percutientis, vel offendentis aliquam perſonam cum armis ferreis, et de cicatricis. car. 165
De pœna offendentis, vel percutientis aliquem cum armis non ferreis. car. 167
De pœna percutientis aliquem manu vacua. ibidem
De pluribus injuriis, et offenſionibus ſimul factis. car. 168
De mitigatione pœnarum inter mulieres. car. 169
De pœna proicientis lapidem, vel alia arma, vel lutum, ſputum, bructuram, vel rem turpem in rem, vel contra perſonam aliquam. ibidem
De pœna ponentis in perſona, vel domo, vel oſtio alicujus aliquam rem turpem, vel injurioſam, vel noxiam. car. 170
De pœna levantis, vel lacerantis pannum de capite, vel dorſo. car. 171
De pœna offendentis aliquem in perſona aliter, quam percutiendo. ibidem
De pœna opponentium ſe bajulis Comunis, et eorum officio exercendo. car. 172
De homicidia, et ejus pœna. car. 173
De pœna dantis venenum alicui. car. 175
De aſſaſſiniis, et eorum pœna. ibidem
De pœna officialis offendentis ſpecialem perſonam, et è contra. car. 176
De adulteriis, et ſtupro, et lenocinio, et eorum pœna. car. 177
De pœna ponentis, vel facientis oſtaculum contra ambulantem, ſtantem, vel ſedentem. car. 178
De incendiariis. car. 179
De pœna non obedientis officialis noſtri Comunis, et qualiter officiales mulctare poſſunt. car. 181


De




De quæſtionibus, et tormentis. car. 182
Quod nullus debeat intrare, vel ſtare in Palatio, quando aliquis torquetur ſine licentia Poteſtatis, et Priorum. car. 183
De non cogendo, vel detinendo aliquem perſonaliter. ibidem
Quomodo committens maleficium pœnam corporalem in defectu principaliter debeat relaxari. car. 184
De augumentando, et non vilipendendo libertatem, ac etiam juriſdictionem Montis Sancti, nec etiam declinantes ab eis. car. 185
De pœna trahentis aliquam perſonam ad aliam curiam, quam ad curiam Montis Sancti. car. 186
De furtis, et rubbatoribus, et eorum pœna. ibidem
De furtis retium avium, et piſcium, vel impedimentis eorum. car. 189
De furtis animalium ſetelliorum, et ferementorum. ibidem
De interfectoribus animalium. car. 190
De furtiva re pœnes aliquem reperta. car. 191
De furto, et diſſipatione apium, et examium. ibidem
De malitioſo domus ingreſſu. ibidem
De pœna accipiendis aliquam cartam, vel rem de manibus alicujus. car. 192
De pœna turbantis, vel occupantis poſſeſſionem. ibidem
De termino moto, et quæſtione confinii. car. 194
De falſis, et eorum pœna. ibidem
De mutatione nominis. car. 196
De pœna mutantis ambaſciatam Comunis. ibidem
De pœna petentis debitum jam ſolutum, vel ultra id quod ſibi debetur. car. 197
De pœna tenentis aliquem in privato carcere. ibidem
De pęna frangentis carcerem. car. 199
De pęna alienationis aliquam rem immobilem alicui forenſi nobili. car. 201
De pęna revelantis aliquod ſecretum Comunis. car. 202
De proditoribus Terræ Montis Sancti, et conventiculæ, et eorum pęna. car. 204
De pęna innovantium aliquod contra præſens regimen, vel modum, et ordinem Regiminis. car. 206
Quod Priores, et Conciliarii cernitæ non ſe intromittant de maleficiis, et de pęna ſecus agentium. car. 207
De non rebandiendo proditores Montis Sancti. car. 208
De pęna deſtruentium Domos. car. 210


De

De filio familias minore puniendo. car. 211
De receptione exbanditorum condemnatorum, et de eorum pęna. ibidem
De pęna hoſpitantis hominem malæ famæ. car. 212
De pęna præſtantis alicui auxilium, conſilium, vel favorem in maleficiis, vel mandatis. car. 213
De pęna entrantis, vel exeuntis aliunde, quam per portas. car. 214
Quod in caſibus non determinatis per Statutum procedatur de ſimilibus ad ſimilia. car. 215
De dupplicatione pęnarum. car. 216
De impunitate offenſionis inter conjunctos, et cohabitantes. car. 217
De damno incendii, depopulationis, vel interfectionis animalium emendando per Comune. car. 218
De pęna occupantis, vel impedientis viam, foſſum, ſplatium, vel aliam rem Comunis. car. 219
De pęna frangentis pacem, et per quos pax fieri poſſit. car. 220
De pœna ludentium ad ludum azardi, vel taxillorum, vel aliquod prohibitum ludum. car. 221
De pęna ferentium arma. car. 222
De pęna euntium poſt tertium ſonum campanæ. car. 223
Qualiter occurratur ad rumorem. car. 225
De pęna noxium facientis in palombaria. ibidem
De non procedendo contra unam partem quando non proceditur contra aliam. car. 226
Quod ſuper maleficio, et delicto procedatur non obſtante ordinamento in contrario. ibidem
De non faciendo compoſitionem cum sbanditis, et condemnatis. car. 227
Quod non fiat diviſio quarteriorum in trepudiando in feſto Sancti Angeli, et Sancti Girii. car. 228
Quod in feſto carniſprivii nullus tripudiator exeat de ſuo quarterio tripudiando. car. 229
Quod nullus trahat ad ignem, niſi ad prædicta deputati. ibidem
Quod nullus emat rem litigioſam. car. 230
Quod non poſſit procedi ſuper maleficiis antiquis. car. 131
Quod bona delinquentium ſint obligata Comuni. ibidem


TA



# TABULA LIBRI QUARTI.


DE officio, et juriſdictione officialis damnorum datorum. car. 233
De ſalario Officialis damnorum datorum, et ejus ſolutione. ibidem
Qualiter procedatur in damnis datis. car. 235
De accuſationibus damnorum datorum. car. 236
De probationibus damnorum, et privatis cuſtodibus. car. 238
De privatis cuſtodibus habendis, ſeu eligendis, et relationibus, et pęnis ipſorum. car. 239
De emendatione damnorum. car. 240
De licentia domini, vel poſſeſſoris qualiter excuſet, vel non. car. 241
Pater pro filio, dominus pro famulo qualiter teneantur. car. 242
De abolitione, et car. 243
De præſcriptione proceſſus damnorum. ibidem
De damno dato perſonaliter in orto. car. 244
Quod quilibet de Monte Sancto faciat ortum. car. 245
De damno perſonaliter dato in vinea bladi, legumine, vel canneto. ibidem
De inciſione olivarum, et arborum fructiferarum. car. 247
De inciſione arborum ſilveſtrium, et non fructiferarum. ibidem
De damno perſonaliter dato in pomis. car. 248
De accipientibus alienum fęnum, vel paleam, aut herbas prativas, guardatas, vites, fraſcas, et alia ligna inciſa. car. 249
De pęna roncantis fractam alienam, vel frangens ponte, aut foſſatum re vel aliquod prohicientis in poſſeſſione alterius. car. 250
De pęna accipientis lapides lateres, aut coppos, ſive ſtuppiam carpitam, vel non de poſſeſſione alterius, vel herbam ligatam, vel factam. ibidem
De damno cum beſtiis dato, in orto, vinea, vel canneto. car. 251
De damno cum beſtiis dato, in blado, legumine, prato, et herba, guardata, lino, et ſimilibus. ibidem
De damno dato cum beſtiis in campo ſtoppiario, magieſe, et ſodo. car. 252
De damno dato cum beſtiis in arboribus, et pomis. car. 253
Quod laboratores non ferant de fructibus, ſine voluntate domini, et apodiſſa officialis. ibidem
De impunitate damnum dantium cum beſtiis in poſſeſſione de quibus collecta non ſolvitur. car. 254


De

De damno dato in poſſeſſione Comunis. ibidem
De pœna damnorum factorum de nocte. ibidem
De pœnis, & caſibus non ſpecificatis in ordinamentis. car. 255
De pœna officialis non obſervantis Statuta. ibidem
De pœna forentium damnum dantium. ibidem
De pecudibus, capris, jumentis, & porcis retinentis, vel non. ibidem
De pœna ingredientium, vel damnum dantium in poſſeſſione alterius contra prohibitionem, vel proteſtationem domini. car. 257
De recuſantibus juriſdictionem, vel forum noſtri Officialis in damnis datis. car. 258
Qualiter liceat reducere beſtias repertas in damno. car. 259
Qualiter primo cuſtos. ibidem
De damno per beſtiam ex traſcurſu dato, & impunitate ipſius. car. 260
De cura officialis in reparatione viarum fontium, & pontium, & de villibus. ibidem
De non guaſtando, turbando, vel impediendo pontes, fontes, vel conductos. car. 262
De favore officialis damnorum datorum exibendo per Poteſtatem, Confalonerium, & Priores. car. 263
Quod ſit licitum de ſuis fructibus apportare. car. 264
De reparatione aquæ Potentiæ, & aquarum, quæ colliguntur in plano. ibidem
De pœnis damnorum datorum in blado, lino, legumine, vel ſimiliter meſſo, ſive carpito. car. 265
Quod nuncii dominorum, vel poſſeſſorum non teneantur ad pœnam. car. 266

## TABULA LIBRI QUINTI.

A Quo ad quem appellari poſſit. car. 268
Quomodo, & qualiter appellationes interponantur. car. 269
De appellatione viva voce facta. ibidem
Quomodo, & qualiter ſuper cauſis proprium procedatur. car. 270
Infra quantum tempus Judex prædictus debeat cauſas appellationis terminare. car. 271
Quod non poſſit renunciari appellationi, niſi coram Judice ad quem car. 272
Quod officiales dictæ Terræ teneantur infra certum terminum acta facere exhibere. car. 273

Quod



Quod Judex appellationis teneatur per ſuum Notarium regiſtrari facere omnes in actis curiæ omnia inſtrumenta, & acta. ibidem
Quod ſententia lata infringi, vel annullari non poſſit ex cauſis infraſcriptis. car. 274
Quod ſolemnitas, vel ſubſtantialitas in criminalibus proceſſum infringere non poſſit. car. 275
Quod victus victori in expenſis condemnetur infra decem dies à die latæ ſententiæ. ibidem
Quod non retardetur exequutio prætextu appellationis, quæ fieret viva voce. ibidem
Quibus diebus termini, & tempora non currant in cauſa appellationis. car. 276
Quod appellationibus non currat aliquis terminus per Statutum datus ad ſolvendum. ibidem
Nil innovari appellatione pendente, & de pœna innovantium. car. 277
In quibus caſibus non liceat appellare. ibidem
In quibus caſibus admittatur, Procurator ad appellandum. car. 278

## TABULA LIBRI SEXTI.

De quatuor bonis hominibus eligendis ſuper munimine, & fortificatione, & ſuper mercantiis. car. 280
De Medico per Comuni habendo. car. 282
De Magiſtro Grammaticæ conducendo. ibidem
De acquirendo mareſcalcum per Comune. car. 283
Geometrico, ſeu Menſuratorum. ibidem
Confirmatio Privilegiorum. car. 284

## F I N I S.

*De hæreticis, & malis hominibus expellendis.*

## CAP. I.

QUia debet evelli zizania de horto fructifero ne impediat bonum ſemen & ovis morbida de grege ſano reici ne inficiat bonas oves. Statuimus & præſenti lege irrefragabiliter ordinamus, quod Poteſtas Terrę Montis Sancti, qui pro tempore fuerit, & officiales ipſius teneantur, & debeant vinculo juramenti in principio ſui regiminis perſequi omnes hęreticos, & à fide catholica quomodolibet alienos. Et omnes & ſingulos de prædicto crimine ſuſpectos, & infamatos eorumque fautorum receptatores, & complices, ipſoſque in fortiam Inquiſitionis, & hæreticæ pravitatis facere pervenire in quantum ipſis poſſibile fuerit. Et omnes, & ſingulas conſtitutiones Papales, & canonicas legaleſque ſanctiones contra ipſos editas, & ſervabunt, & poſſetenus executioni mandabunt. Item teneantur & debeant eodem vinculo de ipſa Terra expellere ex ſuo diſtrictu omnes & ſingulas perſonas ſuſpectas malæ condictionis & famæ, & ſpecialiter Fures, Latrones, Rubatores, Lenones, & levas Meretrices publicas, Falſarios, & Fabricatores falſæ monetæ. Etiam banditos Sanctæ Matris Eccleſiæ, et Curiæ generalis, & de ipſis criminibus vel ipſorum aliquo infamatos. Et in principio ſui regiminis inquiſitionem facere de prædictis, & repertos culpabiles punire, & condemnare ſecundum formam noſtrorum Statutorum & juris. Et capitulum iſtud facere publice audiri per Terram Montis Sancti in locis publicis, & conſuetis.

*De veneratione Sanctorum.*

## CAP. II.

QUoniam omnes ſtabimus ante Tribunal JESU CHRISTI recepturi prout in corpore geſſimus ſive bonum, ſive malum. Idcirco dies omnes Dominicos pariter & feſtivos Glorioſæ Virginis Mariæ, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & aliorum

 Apo-

Apoſtolorum Beati Stephani Prothomartyris, Sancti Angeli, Beatæ
Mariæ Magdalenæ, Beati Gerei, Sancti Franciſci, Sanctæ Luciæ,
Sanctæ Caterinæ, Sancti Blaſii, Beati Joannis Baptiſtæ, Sancto-
rum Evangeliſtarum omnium, ac quatuor Doctorum Eccleſiæ,
Beati Confeſſoris Antonii de Vienna, Sanctiſſimæ Crucis, & alio-
rum Sanctorum, atque Sanctarum omnium habentium vocabu-
lum principale alicujus Eccleſiæ intra Terram Montis Sancti, nec-
non Nativitatis Domini, Circumciſionis ejuſdem, Epyphaniæ Ve-
neris Sancti proximi ante reſurrectionem. Et Paſcatis Reſurrectio-
nis cum duobus ſequentibus, Aſcenſionis, Pentecoſtem, Omnium
Sanctorum diem jubemus, & volumus à ſingulis reverenter vene-
rari, & cuſtodiri, adeoquod ipſis diebus vel eorum alterum nul-
lum laborerium aut opus artificiale, vel rurale fiat à quaquam
perſona ſub pena quinque ſolidorum denariorum pro quolibet con-
trafaciente, & quolibet die. Salvo impune licet portare cum be-
ſtia vel ſine tantum fęnum, paleam, herbam, vel ſimile ſtramen,
quod ea die ſufficiat beſtiis aportantis, ſeu aportare facienti. Item
& aqua olera, & poma, necnon trahere, & deferre per homines,
& beſtias ligna groſſa pro edificiis, ſive macinas, in quibus ca-
ſibus nemo teneatur ad culpam. Præterea cum licentia regiminis
ex aliqua evidenti cauſa conceſſa, vel danda ſimiliter impune his
diebus artificium, & laboreria fiat. Inſuper pro majori Dei, &
Sanctorum reverentia, & honore annuatim ex expenſis comunis
per regimen noſtrum offeratur Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Fratrum He-
remitarum de noſtra Terra, in feſto Aſſumptionis, & etiam An-
nunciationis. Et Eccleſiæ Sancti Stephani Prothomartyris in utro-
que feſto. Et Eccleſiæ Beati Antonii Abbatis de dicta noſtra Ter-
ra in feſto ipſius de menſe Januarii. Necnon Eccleſiis Beati Ge-
rei, & Beati Angeli, Sancti Vincentii Ordinis Sancti Dominici.
Ac etiam Eccleſiæ Beati Franciſci Fratrum Minorum. Et Eccleſiæ
Sanctæ Mariæ Montis Corogliani de noſtro diſtrictu in feſto Aſ-
ſumptionis Beatæ Mariæ pro qualibet dictarum Eccleſiarum in fe-
ſto proprio, & principali unus cereus de cera valoris extimatio-
nis xx. ſolidos denariorum. Item Eccleſiæ Monaſterii Sancti
Thomæ, & Sanctæ Caterinæ, & cuilibet alteri Eccleſiæ alteratæ,
& ſitæ infra Terram noſtram, in qua Divina Officia celebrantur,
vel celebrari poſſunt offeratur ſimili modo in feſto principalis voca-
buli cujuslibet dictarum Eccleſiarum unus cereus annuatim valo-
ris,



ris, & extimationis x. ſolidos denariorum. Et nihilominus
in feſto Beati Stephani de menſe Auguſti offeratur eidem Eccle-
ſiæ Sancti Stephani dictis expenſis unum pallium valorum centum
ſolidorum. Eccleſiæ vero Sanctæ Mariæ Magdalenæ comunis pal-
lium valoris centum ſolidorum. Et in ſignum majoris devotionis,
& mirabilis defenſionis, quam ipſa Sancta fecit de nobis contra
proditores antiquos, volumus quod annuatim in dicto feſto no-
ſtra regimina vinculo juramenti teneantur, & debeant cum univer-
ſo populo exceptis minoribus xiiii. & majoribus LX. annis & cum
majori vexillo noſtri populi accedere perſonaliter ad dictam Ec-
cleſiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ comunis, & ibi Divinis intereſ-
ſe, & ferre dictum cereum, & dictum pallium, & ab ipſo fe-
ſto cum dicto vexillo, & populo redire honorabiliter ad plateam,
quorum populorum, & quilibet teneatur ibi offerre ſuis expenſis
unam candelam de cera. Inſuper ad onorandum feſta Beati An-
geli de menſe Maii, & Beati Gerei annuatim per tres dies ante
ipſa feſta per Confalonerium, & Priores unacum Poteſtate eli-
gantur, & deputentur quinquaginta famuli armigeri de Monte
Sancto. Videl. in feſto Beati Angeli de quarterio Sancti Petri, &
Sancti Angeli, & in feſto Sancti Gerei de quarterio Sancti Joan-
nis, & Sancti Pauli, qui per requiſitionem in platea comunis ipſis
diebus feſtis compareant cum inſignis, & celeriter vadant ad Ec-
cleſias, & cuſtodiam dictorum feſtorum, & ibi ſtare uſque ad
horam completorii, cuſtodiam adhibentes, et facientes contra ri-
xam vel oftenſionem comittentes, & quoslibet offenſores capere,
& adducere poſſint, & debeant deducere in fortiam comunis, &
regiminis. Qui famuli habeant ea die qua ſteterint unam ſalmam
boni vini, & unum butinellum albi panis, & ſex libras boni
caſei expenſis dicti comunis, & Poteſtas teneatur mittere unum
de Notariis ſuis ad requirendum in eundo, ſtando, & redeundo.

*De denario Beati Dominici de Apulea.*

## CAP. III.

UT Beati Dominici de Apulea qui juxta devotionem gran-
dinis tempeſtati apud Deum præeſſe mirabiliter conſuevit
meritis, & interceſſione territorium Montis Sancti ab omni peſte

cœleſti valeat liberari, annuatim adveniente aliquo Fratre dicti ordinis, vel Sindico, detur ei de bonis comunis nomine dicti monaſterii per Maſſarium comunis tunc exiſtentem ſine omni tarditate unus florenus auri boni, & juſti ponderis pęna Maſſario contrafacienti xx. ſolidos denariorum de ſuo proprio exigenda de facto per Poteſtatem.

*De provviſione Religioſorum.*

## CAP. IV.

CUm ſecundum Auguſtinum, elemoſinarum exibitio faciat omnia peccata remitti, idcirco annuatim non aliter quàm modis, & conditionibus in ſcriptis de bonis, et auri noſtri comunis per Maſſarium, qui erit pro tempore, dentur, & ſolvantur amore Dei Conventui Fratrum Heremitarum, & Fratrum Minorum, & Dominarum Sancti Thomæ Monialium, Sanctæ Caterinæ pro tunicis habendis pro quolibet ipſorum Conventuum x. libras denariorum vid. cujuslibet Poteſtatis temporum centum ſolidorum. Hac tamen conditione ſi, contingeret eo anno ante ipſam ſolutionem factum aliquid damnum perſonaliter, vel cum beſtiis fore alicui datum de noſtris Caſtellanis per aliquem Religioſum converſum, vel famulum alicujus dictorum Conventuum, & locorum, quod tunc reſervetur, & poſſunt, & debeant reſervari, & etiam recompenſari per Maſſarium tantum de dictis quantitatibus quanta eſſet pęna, & emendatio damni illati, juxta formam noſtrorum ordinamentorum. Si à quocumque Laico, vel Seculari tale damnum fuiſſet commiſſum, & pro concurſu dictarum quantitatum, ipſo jure dictæ elemoſinæ quantitas intelligatur a comuni, & Maſſario non deberi, nec pro eo actio aliqua acquiratur in caſu, & eventu conditionis prædictæ, nec debeatur, nec peti poſſit, niſi pro reſiduo tantum; & Regimen hoc ſervari faciat ſub vinculo juramenti.





*De provviſione facienda Studentibus.*

## CAP. V.

UT habeatur copia peritorum quorum induſtria mundus regitur, unuſquiſque de Terra, & juriſdictione Montis Sancti Studens in Jure Civili, vel Canonico, ſeu in Medicinali ſcientiâ in Provincia Marchiæ annuatim ex Maſſario noſtri comunis qui, pro tempore, erit habeat, & habere debeat per ſe vel ejus Procuratorem, vel Nuncium, ſeu per patrem tres ducatos auri boni, & juſti ponderis. Studens autem in aliqua dictarum ſcientiarum ex Provincia antedicta, qui eſſet de dicta juriſdictione, & Terra, annuatim habeat, & habere debeat per ſe, vel ejus Patrem, vel Procuratorem, aut Nuncium de dictis bonis tunc à Maſſario ſex florenos auri boni, & juſti ponderis, dum tamen hujuſmodi Studentes non ficte, ſed vere in ſtudio perſeverent, & vere ſtudeant. Ad cujus probationem ſufficiat abſentia ipſius Studentis, & juramentum cum publica voce, & fama. Præterea quilibet Juriſta expertus, ſeu Advocatus de dictis Terra, & Juriſdictionem annuatim in vigilia Nativitatis Domini habeat, & habere debeai à Maſſario dicti comunis xxxx. ſolid. denariorum, dum tamen teneatur conſulere comunî de jure qñ eodem anno pateretur.

*De imbuſſolando octo bonos hominès pro poteſtaria, & de ſalario Poteſtatis, Officialium, & monſtra.*

## CAP. VI.

PArum eſſet jus condere, niſi ipſius promptus, & rectus habeatur exequutor. Quo circa ad conſervatorem boni, & pacifici ſtatus Terræ noſtræ Montis Sancti per concilium generale debeant ordinari, & nominari octo boni homines ſapientes, & diſcreti, qui ſint amatores, & Zelatores Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Terræ noſtræ, & præſentis ſtatus ſic nominati, debeant ſcribi, & quilibet eorum in una cartutia de carta pecudina; deinde includantur in una ballotta de cera, & dictæ octo ballottæ ſtatim ponanrur, & mittantur in quodam buſſolo, qui buſſulus ſigilletur cum ſi-

gillo magno noſtri comunis, & cum ſigillo parvo, quo utuntur Dñi
Priores, & etiam cum ſigillo Poteſtatis, qui pro tempore fuerit,
& dictus buſſulus ponatur in capſetta comunis, quæ capſetta po-
natur in loco conſueto: Et quod in quarto menſe regiminis cujuſ-
libet Poteſtatis in prima Dominica menſis ad hoc, ut nullus Po-
teſtas habeat ſe facere, vel petere in dicto officio refirmare fiat con-
cilium generale, in quo aportetur ſupradicta capſetta, quæ publi-
ce, & palam aperiatur in dicto Concilio per Cancellarium noſtri
comunis, qua aperta de ea extrahatur buſſolus per manus Lecto-
ris, ſive Guardiani Fratrum Minorum aperiatur, & de eo per
ipſum extrahatur una ballotta cerea, qui Guardianus, ſeu Lector
etiam aperiat ſcriptam, quæ in dicta cera involuta, & eam pu-
blice legat alta voce, itaquod omnes de concilio hæc videant, &
audiant nomen illius Poteſtatis, qui in Dei nomine fuerit extra-
ctus, deinde ſcribatur per Cancellarium noſtri comunis, & reſer-
retur buſſulus, & ſigilletur ut ſupra, & remittatur in capſetta, &
reponatur in loco conſueto. Et ſic conſequenter fiat de ſex menſibus in
ſex menſes, vid. dicto quarto menſe in prima Dominica dicti menſis regi-
minis cujuslibet Poteſtatis, pena Poteſtati, & Prioribus centum lib. de-
nariorum pro quolibet, & Cancellarius, qui pro tempore fuerit, de-
beat dicere, & proteſtari dictis Poteſtati, & Prioribus, quod di-
ctum Concilium fiat, & quod Poteſtas extrahatur de buſſolo, ut
ſupra dictum eſt in dicto Concilio pena dicto Cancellario xxv. lib.
denariorum de ſuo ſalario retinenda per cauſam comunis ſui ſcin-
dicatus, et facta dicta extractione dicti Poteſtatis ſtatim in di-
cto Concilio fiat Scindicus, qui ante quinque dies ſecedat de Ter-
ra Montis Sancti cum electione Poteſtatis, & eam portet dicto
Poteſtati electo, & eidem præſentet eam pro parte, & nomine co-
munis Montis Sancti. Qui Poteſtas extractus ſi dictam electionem,
& officium acceptaverit, bene quidem; Sin autem, Scindicus, qui
dictam electionem præſentaverit poſt ſecundam diem recedat, & re-
vertatur ad Terram Montis Sancti, et ſtatim infra quinque dies
poſt reditum Scindici, qui electionem portaverit, dicto modo in
Concilio generali alia ballotta exarahatur in ſupradictum terminum
Scindicus portet electionem præfatam modo ſupradicto, qui etiam
ſi acceptaverit, bene erit; ſin autem, fiat, ut ſupradictum eſt, &
in præfatos terminos uſquequo aliquis de extractis dictam electio-
nem duxerit acceptandam ſub dictis penis. Cujus quidem electio-
nis



nis capitula continere debeant diem initii atque finis futuri officii,
& quantitatem ſalarii quingentorum librarum denariorum parvo-
rum tantum. Et numerum officialium, vid. unius boni, & exper-
ti Judicis pro Vicario., ſi eligitur Poteſtas non juris doctor. Et
duorum Notariorum expertorum, quorum unus ad maleficia, al-
ter ad extraordinaria, & nihilominus ad aliam ſecundum provi-
ſionem generalis Concilii noſtri comunis deputetur, & quatuor ber-
rovariorum, & unius equi. Et qui ſe una cum prædictis homi-
nibus, & aliis ejus oportunis arneſiis, & rebus conferat ad ejus
officium perſonaliter continue exercendum in noſtra Terra, & Pa-
latio conſueto omnibus ipſius Poteſtatis ſumptibus, & expenſis pe-
riculo, reſico, & fortuna, tam divini, quam humani caſus in eun-
do, ſtando, & redeundo. Nullum alium lucrum ultra dictum
ſalarium à comune, vel ſpecialibus perſonis, vel aliam rem per
ſe, vel alium ſperando, vel obtinendo, & qui electionem de ſe
factam acceptet ipſa die præſentationis, vel ſequenti ipſa nomina-
tio, & confirmatio ſit irrita, & inanis itaquod ex eis nulla compe-
tat actio, nec jus acquirat. Et quod teneatur facere moſtram de
prædictis ſaltim bis in menſe ad omnem petitionem, & volunta-
tem noſtrorum Confalonerii, & Priorum, vel majoris partis
ipſorum, ſciens dictus Poteſtas qui pro qualibet abſentia ipſius fa-
cta ſine licentia noſtri Concilii generalis à dicto officio in x. lib.
punietur, & pro qualibet abſentia Judicis in centum ſolidos de-
nariorum, & pro qualibet abſentia Notarii in quadraginta ſolidos
denariorum, et pro qualibet abſentia equi in xxv. ſolidos,
& pro qualibet abſentia berrovarii in xx. ſolidos, videlic. ſi aliquis
pernoctaverit prædictorum extra Terram Montis Sancti ſine licen-
tia ſupradicta, quo caſu ſingulæ penæ decem locum habeant pro
qualibet die, pro quibus penis ſalarium totum ſit obligatum, &
retineri poſſit pro rata. Et alia inſuper in dictis capitulis inſeran-
tur utilia, neceſſaria, & oportuna ſecundum formam noſtrorum
Statutorum, & ordinamentorum, & oportunam deliberationem Con-
cilii generalis. Alioquin niſi dictis modis, & formis electionem,
ſeu officium cum capitulis acceptaverit ex nunc prout ex tunc ſit,
& eſſe intelligatur omni jure, & juriſdictione privatus: dictis autem
modis electus, & acceptans habeat, & habere intelligatur vigore
præſentis Statuti juriſdictionem, & poteſtatem in civilibus, & in
criminalibus mixtis, & extraordinariis cauſis, & caſibus ſpectan-
tibus

tibus ad noſtrum comune per ſe, & ejus officiales eo ipſo quod in quaſi poſſeſſione officii fuerit conſtitutus. Salarium vero prædictum ſolvatur trina ſolutione, vid. prima pars, ſecundo menſe ſui regiminis; alia in fine quarti menſis; reliqua poſt perfectum ſcindicatum ipſius, & ſuorum officialium, niſi alicujus partis eſſet per comune retentio facienda.

*De juramento Poteſtatis, & Officialium ejus.*

## CAP. VII.

Secundum Apoſtolum nemo poteſt ponere fundamentum præter quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus, conſequenter ubi non eſt Chriſtus, & ipſius religio, & fides, nullum firmum edificium eſſe poteſt: idcirco ad honorem, & gloriam Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ego Bartolomæus de Valeriis de Forlivio Legum Doctor Poteſtas Terræ Montis Sancti pro futuris ſex menſibus exiſtens ad pedem ſcalarum Palatii noſtræ futuræ reſidentiæ in nomine Omnipotentis Dei, ad honorem, & reverentiam ipſius, & ſemper Virginis Matris ejus: Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli: Beatiſſimi Prothomartyris Stephani, Beatæ, & Glorioſæ Mariæ Magdalenæ capitum, & defenſorum Populi comunis, & Hominũ Terrę Montis Sancti, omniumque Sanctorum, & Sanctarum Dei Amen. Ad reverentiam, obedientiam, & exaltationem Sanctæ Matris Eccleſiæ, Sanctiſſimi Pontificis, & Domini Domini Eugenii Papæ IV. & Venerabilis Cœtus Dominorum Cardinalium, Fratrum ejus, eorumque perpetuo Succeſſorum, & Officialium. Ad bonum, & pacificum, & tranquillum ſtatum Populi, Comunis, & Hominum Terræ Montis Sancti, honorem meæ perſonæ, & collegarum meorum, juro ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis ſcripturis, qui ſum, & toto tempore noſtri officii ero per me, & meos officiales fidelis amator, & ſubjectus dictæ Sanctæ Matris Eccleſiæ, & dictorum Dominorum Pontificum, & ejus Fratrum, & Officialium, & nihil eis vel alteri eorumdem conſentiam vel permictam contrarium, vel ſiniſtrum, aut noxium quoquo modo in perſonis, vel rebus; imo totis viribus contra emulos me, opponam, faciam, & obſervabo ſecundum formam juramenti redacti in conſtitutionibus Curiæ generalis. Et qui ſum, & ero Zelator, auctor, executor, & penitus amator boni, & pacifici ſtatus Terræ, Populi, & Comunis Montis Sancti, jus, & juſtitiam propoſſe miniſtrabo, & obſervabo per omnia juxta formam, & Statutorum, & ordinamentorum comunis prædicti. Et ero favorabilis viduis, pupillis, & orphanis, necnon Eccleſiis, & Monaſteriis, & aliis miſerabilibus perſonis, & locis ſecundum Juſtitiam juxta poſſe, & ubi Statuta, vel ordinamenta deficerent, obſervabo, & obſervari faciam bonam, & antiquam conſuetudinem hominum, & fori dicti Comunis, & Terræ prædictæ, & ubi conſuetudo deficeret recurram ad jura comunia, tam Civilia, quam Canonica, vel de ſimilibus ad ſimilia prædictorum. Juriſdictiones, bona privilegia honores, & res dicti Comunis propoſſe manuteneri faciam, & augeri officium Dominorum Confalonerii, & Priorum dicti Comunis, honorabo, & honorari faciam, ac etiam revereri, & eorum juriſdictionem manutenebo, & augumentabo: expenſas propoſitas, & deliberationes inutiles, vel damnoſas comuni præphato, vel alicui Statuto contrarias, nec faciam, nec fieri permittam: credentias ipſius comunis tenendas tenebo perpetuas imperpetuum, & temporales ad tempus, lucrum ultra ſalarium deputatum nullo modo queram, vel percipiam: officiales, & alia tenenda in dicto officio tenebo, & alia faciam, & obſervabo, & fieri, & obſervari faciam ſecundum formam meæ electionis, & ejus capitulorum, deliberationes, & reformationes licitas ideſt non factas contra formam Statutorum, vel Conſtitutionum, quæ cito potero, & debebo: exequam, & faciam exequtioni mandari, & alia omnia, & ſingula obſervabo, & adimplebo ſecundum formam Statutorum dicti comunis. Sic Deus me adjuvet et hæc Sancta Dei Evangelia, & ſic jurando promitto, tacto volumine Statutorum dicti comunis.

*De electione Officialis damnorum datorum.*

## CAP. VIII.

Quatuor Officiales damnorũ datorũ noſtri comunis eligantur, imbuſſulentur, & extrahantur ad exemplum, & ſimilitudinem Poteſtatis, modis, & formis traditis ſupra in Statuto de imbuſſolando octo homines. Qui officialis ſit electus, imbuſſolatus, & extractus præſtito juramento in principio ſui officii in concilio generali noſtri comunis

munis ad ſimilitudinem formæ juramenti ſupra traditæ in proximo præcedenti Statuto, & maxime de faciendo, & explicando omnia, & ſingula ad ejus officium ſpectantia, vel ejus incumbentia ex lege, vel conſuetudine, habeat, & habere intelligatur eo ipſo quod eſt in quaſi poſſeſſione dicti officii plenam juriſdictionem traditam, & contentam infra in quarto libro Statutorum præſentis voluminis, & poſſit, & debeat ejus officium per omnia explicare ſecundum formam Statutorum, & ordinamentorum contentorum infra iniam dicto quarto libro, & deliberationis quæ inſuper fieri contigerit per noſtrum concilium generale. Quod quidem officium cum officio Poteſtatis, vel alicujus officialis ejus, aut etiam cum officio Cancellarii, vel alterius officialis nullo modo uniri, copulari addi, vel incorporari poſſit, & qui ſecus attentaverit in centum lib. denariorum puniatur, & quod ſecus factum, vel attetatum fuerit ipſo jure non valeat:

*De electione Cancellarii, & ejus Officio.*

## CAP. IX.

ELectio Cancellarii noſtri comunis fiat exemplo, & ſimilitudine ſupradictis eiſdem modis, & formis, quibus & Poteſtatis, & officialis Dominorum, cujus officium duret per ſex menſes, & ejus ſalarium ſit centum lib. denariorum ſimili modo ſolvendum. Qui Cancellarius præſtito per eum in noſtro generali à principio ſui officii ſimili juramento, & maxime qui cuſtodiam dictæ Terræ nocturni temporis, & diurni bene, fideliter, & diligenter exercebit, & etiam præpoſitas arengas deliberationes, & reformationes noſtri comunis diligenter conſcribet, & omnia faciet juxta, & ſecundum formam noſtrorum Statutorum, & ordinamentorum, atque deliberationum rite, & utiliter pro noſtro comuni fiendorum, teneatur toto tempore ſui officii cum uno famulo eſſe præſens in Monte Sancto, nec inde ſe abſentare abſque expreſſa licentia dicti concili, quæ dari poſſit per quinque dies tantum, & non ultra, & adeſſe omnibus, & ſingulis comunis adunantiis cernitis, & conciliis quæ fierent de negocio non ſpecialiter pertinentibus ad ipſum Cancellarium, quo ad proprium damnum, & lucrum ipſius, & omnia ibi facienda, & celebranda con-



conſcribere diligenter in idoneis libris ſui officii, & regiſtrare omnes,
& ſingulas litteras miſſivas, & remiſſivas comunis, ac arengas,
reformationes, partitos, ſcrutinia, ſcarſionas, electiones, nomi-
nationes, deputationes, & ſindicatus ejuſdem comunis. Necnon
contraditiones, deliberationes, proteſtationes, conſenſus, diſſen-
ſus, approbationes, & reprobationes, proteſtatorum comunis, &
alios actus ad comune ſpectantes, de quibus ipſe rogatus extite-
rit. Nullam aliam ſolutionem ptæter ſalarium recipiendo pro ſcri-
pturis redactis, & redigendis in libris comunis. Pro ſecundis ve-
ro ſcripturis, quas publicaverit in membranis ad petitionem cujuſ-
cumque particulariter alibi quam in libris poſſit ſolutiones recipere
in ſcriptas vid. pro quolibet inſtrumento pactorum habitorum cum
becchariis, vel cum aliis artificibus ad aliquid laborerium quin-
que Anconitanis pro quolibet inſtrumento emptus, venditionis, vel
permutationis, aut locationis, conductionis, ſolutionis, vel quie-
tationis, tranſactionis, & ſimilium de rebus, vel ſuper rebus co-
munis, aut cum comuni quantitatis xxv. libr., vel infra tres An-
conitanos ab inde ſupra cujuſcumque quantitatis, ſex Anconitanos:
Pro Inſtrumento conſervationis indennitatis, vel alterius obligatio-
nis, aut promiſſionis, quæ fieret per comune, vel pro eo, aut
cum eo quantitatis quinquaginta librarum vel infra, duos Anco-
nitanos cum dimidio. Ab inde vero ſupra, quinque Anconita-
nos pro inſtrumento cujuslibet reformationis concilii tam creden-
tiæ, quam generalis ſimul redactæ ſuper petitione alicujus ſpecia-
lis cujuſcumque quantitatis, vel rei præter exemptionem, & ca-
ſtellaniam, duos Anconitanos cum dimidio, vel tres ad plus, dum
eſſet ſuper non modica quantitate, vel re. Et habeatur pro una
reformatione etiam illa, quæ plura capita, vel membra haberet.
Pro ſola vero reformatione concilii credentiæ quinque ſolidos, &
pro aliis inſtrumentis de ſimilibus ad ſimilia perſolvatur. Tenea-
tur etiam dictus officialis, & poſſit tempore ſui officii exercere,
& fieri facere oportunam cuſtodiam diei, & noctis diligenter ju-
xta conſuetudinem noſtram, & formam ſtatutorum, & delibera-
mentorum noſtri comunis, & per bajulum quem ſibi per comu-
ne faciet, ſpecialiter deputari mandari faciat cuctodiam de mane
pro nocte ſequenti, & de ſero pro die ſequenti, præter infirmos
graviter, & ſenes LXX. annorum vel ultra. Aſſignent autem po-
ſtas, & loca cuſtodienda juxta dictam conſuetudinem pro perſo-
narum,

narum, & temporis qualitate, & non venientes ad requiſitionem tempore non ſuſpecto cogat ad cuſtodiendum de die vel noctæ ſecutura cum pena arbitraria uſque in duodecim denarios tantum, ſi dicta ſecunda vice ſimiliter non venerit, puniat eum in quinque ſolidos denariorum de facto. Tempore vero magnę ſuſpectionis poſſit in plus, & ultra punire non venientes arbitrio ſuo, & Confalonerii populi datiſque poſtis faciat pulſari campanam palatii, vel aliam ſibi deputatam, cujus ſono omnes cuſtodes debeant eſſe ad poſtas, & demum perſonaliter viſitet ipſas poſtas, & earum cuſtodes, & quem invenerit non veniſſe puniat qualibet vice in quinque ſolidos denariorum, & nihilominus cuſtodia fiat ejuſdem expenſis, quem vero invenerit non bene cuſtodire dormiendo, vel non reſpondendo turrerio, ſeu aliis cuſtodibus vocantibus puniat pro qualibet vice in xii. denarios. Delinquentem autem in non vocando, vel inpermittendo tranſire abſque nomine, vel non faciendo debitam curam in cercando puniat qualibet vice uſque in quinque ſolidos denariorum. Recedente vero à poſta, vel cuſtodia ante horam, vel ſonum ſine licentia, ſi de nocte puniat uſque in xx. ſolidos, ſi de die uſque in v. ſolidos. Salvo dum de die cauſa comedendi bis ad plus, & ad vicennam acceſſerit. Item poſt tertium ſonum campanæ uſque quo redierit prima cerca, vel ſaltem uſque ad primum ſonum dictus officialis de ſero debeat vigilare, & eſſe cum cuſtodibus in platea, & eos ac turrerium monere, & informare de vocationibus, & cerchis, & de nomine dando poſtis ad cuſtodiam oportunis, & tamtundem vigilare teneatur de mane in dicto loco ſi ſuſpicio, aut temporis conditio plus, vel aliud non requiret. Item dictus officialis noctæ, ac die ſaltem bis perſonaliter viſitet portas bertiſcas, & poſtas, ubi eſſent cuſtodes, vel eſſe deberent, & quem invenerit non decenter armatum, ſaltim ſpada, cultello, lancea, & tabulatorio, pro quolibet defectu puniat uſque in xii. denarios, & ultra arbitrio ejus, & Confaloneriis juxta temporis, & perſonæ qualitatem, dum tamen non excedant penam x. ſolidorum. Repertum vero tranſiviſſe non dato nomine, vel contra voluntatem cuſtodum puniat qualibet vice uſque in quadraginta ſolidos denariorum. Et in proximis duobus præcedentibus caſibus plus, & ultra punire poſſit arbitrio ſuo, & Confalonerii populi pro qualitate temporis, & perſonæ dumtamen non exce-



excedant duplam penam bajulum comunis nullum ad cuſtodiam admittat pęna officialis centum ſolidorum denariorum, & bajuli x. ſolidorum denariorum qualibet vice. In caſibus autem ſuo officio incumbentibus non habentibus expreſſam determinationem, ſive in pęnis, ſive in aliis peragendis ſuo arbitrio, & Confalonerii, populi, atque Priorum, vel majoris artis ipſorum ſtatuat, & diſponat per ſimilitudinem, & cum diſcretione juxta qualitatem perſonarum, & temporis, niſi ritæ per comune aliquid provideretur, aliter plus vel minus fieri debere, quo caſu ipſa deliberatio, & noſtri generalis concilii reformatio obſervetur non obſtantibus ſupradictis, vel inſcriptis. Officio ejuſdem incumbat adeſſe coram Confalonerio, & Prioribus noſtri populi ſaltim tribus vicibus in die, videl. à mane uſque ad tertias in meridie, & tandem poſt veſperas uſque ad noctem. Et nihilominus quoties fuerit requiſitus ſuper quocumque negocio pertinente comuni, vel ejus, ſeu eorum officio. Statuta ad ejus officium pertinentia, et maxime præſens ordinamentum cum aliis poſitis infra ſub rubrica, quæ omnes teneantur perſonaliter venire ad cuſtodiam, et item cum aliis ſequentibus uſque ad rubricam de antiquis perditoribus, et item ſtudeat obſervare, munitionem turroriorum, murorum, bertiſcarum, barbacanorum, ſticatorum, foſſorum, et riparum fortitu dinis Terræ Montis Sancti, atque portarum, ut bene ſe habeant, nec patiantur defectum, et maxime tempore periculi, et ſuſpecti ad ſui curam, ſollicitudinem noverit, Cancellarius ex debito cuſtodiæ pertinere, qui viſitare perſonaliter ſaltim bis in menſe teneatur, et eadem reparari facere juxta voluntatem, et deliberationem Confalonerii, et Priorum, vel concilii generalis. Salvo ſi defectum, culpa, vel malitia alicujus ſpecialis perſonæ viderit, vel præſenſerit in prædictis, vel aliquo prædictorum damnum, vel guaſtamentum fore illatum, quia tunc ex ſuo officio poſſit, et debeat inquirere, et præcedere, et reſarciri, et relevari facere per culpabilem, vel ejus expenſis, et nihilominus punire forma Statutorum, et ordinamentorum noſtri comunis. Volumus, quod pro omnibus introitibus, et ſolutionibus ejus officio exigendis fiat ſua manu unus liber in quo ſcribantur, et in principio cujuslibet menſis legantur per eum in generali concilio ante aperturam cippi, vel capſettæ ad hoc deputatæ, vel deputandæ, mittantur, et recondantur modis, et cautelis traditis, et ordinatis officiali damnorum datorum, ut patet infra in quarto libro, dum tamen diverſus ſit cippus iſtius ab illo. Et officium

cium Cancellariæ prædictum in totum, vel in parte cum officio alterius officialis, ſive Poteſtatis, ſive Notarii damnorum datorum nullo modo poſſit miſceri, uniri, addi, copulari, vel incorporari, pęna ſecus facientis, vel operantis verbo, ſeu facto centum librarum denariorum. Et quicquid contra vel præter actum fuerit non valeat ipſo jure. Præterea teneatur idem Cancellarius de omnibus, et ſingulis ejus, et ſui officii ſcripturis, et actis facere ſpeciales libros, quos per tres dies ante finem officii ſui in noſtro generali concilio Confalonerio, Prioribus, et Maſſario reſtituat ritæ, et legitimæ publicatos, ſuper quibus omnibus præmiſſis in hoc Statuto dictus Cancellarius habeat, et habere intelligatur plenam juriſdictionem, cui Poteſtas noſter ipſe, ejuſque officiales, et familiares teneantur vinculo juramenti dare auxilium, conſilium, et favorem in agendis, et Cancellarius negligens prædictam obſervare qualibet vice in xxv. libras denariorum, et plus, et minus arbitrio noſtrorum Confalonerii, et Priorum pro qualitate facti, et culpæ &c.

*De non refirmando aliquem Poteſtatem, vel Officialem foremſem, & de eorum vacatione.*

## CAP. X.

STatuimus, et ordinamus, quod nullus Poteſtas, vel aliquis officialis forenſis excepto Cancellario, qui pro tempore fuerit, poſſit in Terra noſtra aliqualiter refirmari pro aliis ſex menſibus. Et quod ſuper Poteſtatis refirmatione Poteſtas, et Priores non poſſit directæ, vel indirectæ, vel aliquo modo, aliquo colore queſito præponere in concilio generali, vel ſpeciali, vel aliqua cernita, vel gentium congregatione, qui Poteſtas pro aliis ſex menſibus refirmare. Et quod nullus de concilio poſſit, nec debeat dicere, vel arengare, quando aliquis Poteſtas refirmetur, nec aliquis conciliarius debeat mittere ballottam ſuam pro refirmatione prædicta Domini Poteſtatis pęna Poteſtati, & Prioribus, et cuilibet eorum centum lib. denar. pro quolibet contrafaciente, et pœna cuilibet arengatori in prædictis L. libr. denar. et cuilibet mittenti ſuam ballottam in favorem dictæ refirmationis x. libr. denar. et nihilominus talis refirmatio non valeat, nec teneat ullo modo. Inſuper dicimus, et refirmamus, quod nullus Poteſtas, qui fuerit in Terra noſtra ad officium Poteſtariæ



ſtariæ poſſit eſſe Poteſtas poſt completum ejus officium ab inde ad tres annos. Et quod officialis alius forenſis, qui in aliquo officio fuerit in noſtra Terra, non poſſit eſſe in dicta Terra ad officium aliud ad duos annos. Volumus tamen, quod ſi caſus acciderit, quod Poteſtas novus electus non veniret, vel non poſſet venire ad officium ad terminum in ſua electione præfixum, quod Poteſtas, qui in officio erit, et ſui officiales, et famuli remanere, et ſupraſtare debeant ultra ſex menſes ſui officii, ſi voluerit tamen, donec venerit novus Poteſtas ad beneplacitum Dominorum Priorum, et concilii generalis ad hoc ut Terra noſtra abſque officialibus non remaneat, Statuto ſupraſcripto præſenti, vel alio loquente contrarium, non obſtante, quibus Statutis per præſens Statutum in hac parte ex nunc pœnitus ſit derogatum &c.

*De electione Confalonerii, & Priorum populi.*

## CAP. XI.

AD curam Comunium rerum, cui non pariter omnes intendere poſſunt, decet aliquos anteponi, quo circa longevæ conſuetudini adherentes, providemus quod in noſtra Terra præſit, et habeatur officium Confalonerii, et Priorum ideſt unus pro quarterio, inter quos quatuor ſit unus litteratus, et eorum officium ſingulis vicibus duret per menſem. Electio autem ipſorum ſic fiat, vel per concilium generale remittatur concilio credentiæ, vel eligantur duodecim probi homines amatores boni publici ad tres per quarterium, quod concilium credentiæ, vel qui xii. homines eligere debeant, et diligenter imbuſſolare ordinem, et numerum Confalonerii, et Priorum ex ordine quarteriorum pro tempore unius anni, itaquod de unoquoque quarterio ſint tot numero, et proportionentur, et trahantur ad avicennam continuam, et non ad ſaltum. Buſſula vero cartutiarum dicti ordinis diligenter, et cautæ legata, et ſigillata cum ſigillo Poteſtatis, et bulla comunis ponatur, et recondatur per dictos electores una cum Cancellario, et Notario Poteſtatis in conſueta capſa comunis, quæ eſt in ſacriſtia Sancti Franciſci, vel alia capſa deputanda, et ſemper, dum opus eſt, aperiatur, et exinde extrahantur non alibi, quam in concilio generali per manum Cancellarii, aut alicuius Notarii, Poteſtatis, pœna contrafacientibus in prædictis L. libr. denar. pro quolibet, et qualibet vice. Volumus autem, quod dicta capſa ſit ſerra-

ſerata duabus diverſis clavibus, quarum una ſit pœnes Guardianum dictæ Eccleſiæ, et alia pœnes Poteſtatem, et capſula parva interior ſimiliter duas diverſas habeat claves, quarum una ſit pœnes Poteſtatem, et alia pœnes Confalonerium, et Priores ſeptem diebus continuis cum dimidio pro quolibet ipſorum. Quæ capſetta die ultima cujuslibet menſis feſtiva, vel Dominicali ad extractionem prædictam honorabiliter per Priores, et Officiales palam, et cum ſono inſtrumenti portetur, et reportetur, ſic altera extracti, et electi ſint, et eſſe intelligantur. Confalonerius, et Priores noſtri comunis, et populi per menſem proximæ incipiendum poſt extractionem prædictam. Salvo quod in dicto officio nullus eſſe poſſit, qui non eſſet de numero concilii generalis, nec eodem anno amplius, quam ſemel eſſe poſſit, ideſt uno menſe tantum, ſive pro Confalonerio, ſive pro Priore extiterit. Anno vero ſemel, aut pluries completo, ſeu circa finem cujuslibet anni ſemper eodem modo electio, et imbuſſolatio fiat pœna proponenti, arenganti, vel attemptanti, ſi aliter fiat x. libr. denar. Et nihilominus quod ſecus factum fuerit non valeat ipſo jure &c.

*De juramento, & officio Confalonerii, & Priorum.*

## CAP. XII.

SIc Calendarum novi menſis in generali concilio ſpecialiter celebrando, Confalonerius, et Priores noviter extracti præſtito corporali juramento de fidelitate, et reverentia Sanctæ Matris Eccleſiæ, ipſiuſque Paſtoris, Rectorum, et Officialium de amando, et operando pro poſſe bonum, et pacificum popularem ſtatum, comunis, et hominum Montis Sancti, et de manutenendo bona, et jura ipſius comunis, et fideliter, et benegerendo ipſorum officia per omnia ſecundum formam Statutorum, et ordinamentorum dicti comunis. Suſcipiat novus Confalonerius de manu veteris vexillum noſtri comunis, et populi, oſculo pacis interveniente, necnon, et ſigillum comunis, et claves portarum, quibus receptis honorabiliter, et publice, tam per concilium, quam per officiales, et familiam Poteſtatis, præcedente vexillo, accedant ad Domum eorum officio deputatam, ubi veteri Confalonerius, et Priores informent ſtatim ipſos novos verbotenus, et ſcriptura per manum Cancellarii de occurrentibus, et agendis negociis comunis, et maxime de cauſis, et litibus, et de procurandis per comu-



comune in curiis Dominorum, vel Judicum, et per inventarium ab eodem ſcribendum eiſdem aſſignent, & tradant univerſas res, cartas, & ſcripturas, ſeu arma comunis, quas, & quæ habuerunt in dicta Domo, vel alibi per comune, cauſa ipſorum officii, pena contrafacientes, vel non obſervantes qualibet vice pro qualibet x. libr. denar. Reſidentiam continuam faciant ipſi Confalonerius, & Priores in Domo eis per comune deputata, vel deputanda à mane uſque poſt tertias, & poſt tertias uſque ad noctem perſonaliter omnes, & ſinguli non habentes juſtam, & evidentem cauſam impedimenti. Aliis autem horis tam diei, quam noctis ſaltim tres ipſorum, inter quos ſit Confalonerius, vel habens vicem ejus, & vocem ſcriptam manu Cancellarii. Et nullus eorumdem ſe abſentet ſine voluntate, & deliberatione ſociorum, & ſua voce commiſſa alteri ex ſociis, & ſcripta, ut dictum eſt. Sufficiat autem major pars ipſorum concors ad omnia, & ſingula eorum officii per agenda, & ab ipſa majori parte facta valeant, non obſtante aliorum contradictione, dum tamen reliqui, vel eorum voces fuerint præſentes, vel ſaltem requiſiti, niſi in caſu mortis, vel longinquę abſentiæ alicujus eorum, vel in caſu magnæ celeritatis, & neceſſitatis ſupereminentis in abſentia alicujus eorum, alium extra ipſoſmet nullus eorum poſſit loco ſui ponere, vel ſubrogare, ſed tantum à generali concilio fiat ſubrogatio, dum opus eſſet, vel retrahatur de buſſola adjunctorum, quæ ordinata extiterit per electores, & in capſa recondita ſecundum formam præcedentis ordinamenti, quibus talis electio, & imbuſſolatio competat, ſicut illa vigore præſentis legis. Concilia celebrare, & coadunare in dicta eorum reſidentiæ Domo, videlicet, tam concilium credentiæ quoties voluerint, necnon, & cernitas, atque adunantias bonorum hominum dictæ Terræ per ſe ipſos, etiam ſine aliorum officialium conſcia, & præſentia, ſuper comunis negociis ordinandis licite poſſint, ac etiam concilia generalia ſecundum formam Statuti, poſiti infra ſub rubrica, ſeu capitulo de celebratione conciliorum. In conſueto palatio comunis, & aliis locis oportunis ſemper præſente, vel ſaltim requiſito Poteſtate, vel ejus Vicario coadunare, & celebrare per omnia poſſint ad voluntatem ipſorum. Propoſitas, & partita in quibuslibet conciliis per os Confalonerii, vel Locumtenenti ejus, in abſentia Poteſtatis, ſeu Vicarii ejus, aut ipſo recuſante, facere, & ponere poſ-

poſſint ſuper factis comunis, prout viderit expedire. Banditores,
& Nuncii comunis, atque officiales, tam in comittendo, quam
in bandiendo cum conſenſu tamen Poteſtatis, & ejus nomine re-
quirendo, & exequutioni mandando, ac favorem, opem, & con-
ſilium dando in prædictis, & infraſcriptis ad officia ipſorum Con-
falonerii, & Priorum ſpectantibus eiſdem, & ſiſtere, & annue-
re, parereque teneantur. Necnon conſiliarii, & ſpeciales perſonæ
in comparendo coram eis, vel alibi, ad mandatum ipſorum, &
alia faciendo, pœna Poteſtati, & Vicario non facienti bandum,
vel non proponentis, vel ſe opponentis contra prædictam quali-
bet vice centum libr. denar. de eorum ſalario, & aliorum offi-
cialium qualibet vice xxv. libr. denar., & cujuslibet bajuli, vel
ſpecialis perſonæ centum ſolid. den. qualibet vice, & majoris, vel
minoris pœnæ arbitrio, & voluntate ipſorum Confalonerii, &
Priorum ſemper cum temperamento juſtitiæ. Reformationes, &
deliberationes legitimas, & comuni utiles, vel neceſſarias per
quemcumque comunis officialem diligenter, & ſollicitæ faciant
exequutioni mandari. Lites, & cauſas comunis ſive tarditate pro-
ſequi faciant, ut negligentia non lędantur. Litteras miſſivas, vel
reſponſivas pro parte comunis per manum Cancellarii, vel ejus
Locumtenentis ſcribi faciant, & ſigillari, ſi obtentum fuerit de
ſic mittendo, vel reſpondendo in concilio generali Lxxx. bonorum
hominum, vel ſaltim in concilio credentiæ, ubi res celeritatem
exigeret, vel non tractaretur de damno, vel præjudicio comunis,
& hominum noſtræ Terræ, pœna Prioribus contrafacientibus pro
quolibet, & qualibet vice x. libr. denar. Volumus tamen, quod
pro eorum parte poſſint litteras, & ambaſciatam mittere, facta
prius deliberatione, & obtento partito de mittendo in concilio cre-
dentiæ. Littera vero, quæ tangeret aliquid negocium Cancellarii,
poſſit ſcribi per alium, atque legi. Ambaſciatores, & Nuncios
oportunos deputant, mittant pro negociis eorum, penſata qualita-
te ſemper, habita deliberatione concilii generalis, vel ſaltem bo-
norum hominum credentiæ in cauſis parvi præjudicii, vel celeri-
tatem deſiderantibus, & hoc ubi aliquis non reperiretur, electi,
& imbuſſolati, ut infra in Statuto de Ambaſciatoribus, quo caſu
ſervetur forma Statutorum ibi tradita ipſoſque Ambaſciatores mox
quam redierint, ea die, vel ſequenti, tam ſuper punctis, quam
pecuniis unacum duobus exrationatoribus, vel exproteſtatoribus
in



in concilio generali credentiæ, facti qualitate ponderata, rationari
faciant, & relationem, atque rationem in regiſtro comunis poni
faciant, publice fieri, ſi ſecreta non eſſent, & quod plus, vel mi-
nus habuiſſe Ambaſciatorem viderint, indilate reddi, vel ſuple-
ri procurent. Expendere autem de bonis, & ære comunis, vel
expendi facere pro eorum arbitrio, ſi prius non fuerit obtentum
in concilio generali. Lxxx. bonorum hominum non poſſint quo-
quo modo ultra quantitatem trium librarum denar. vel decem lib.
den. ad plus, & hoc in cauſis ſubitis neceſſariis, vel evidenter
utilibus, quibus caſibus dictæ quantitates, & quælibet ipſarum
etiam per quos ſic deliberatæ non poſſint, nec debeant per Ca-
merarium expendi, niſi prius fuerint tales expenſæ approbatæ per
majorem partem conſiliariorum credentiæ, & in ipſo concilio,
quo caſu Cancellarius faciat apodiſſam dictæ deliberationis factæ,
& ſolutionis, ſeu expenſæ fiendæ, & cui, & ex qua cauſa, &
ſic facta bulletur bulla ipſorum Priorum, & etiã Poteſtatis, & cum
fuerit bullata camerarius ſolvere teneatur, & aliter pœna ſolven-
tibus, & ſolvere facientibus quadrupli, & ſortis quantitatis ſolu-
tæ, ſeu expenſæ, & Cancellarius expenſas aliter factas non de-
beat mittere, nec ponere ad exitum dicti Camerarii, nec ratio-
natores dictas expenſas admittant. Volumus tamen quod cauſa ho-
norandi Dominum Legatum, aut alium Dominum Rectorem, vel
ſimiles, poſſint expendere ultra dictas quantitates cum colloquio
tamen, & voluntate aliquorum bonorum hominum dictæ Terræ
inter quos duo exproteſtatoribus, vel rationatoribus comunis aſſi-
ſtant. Claves portarum noſtræ Terræ non alius quam ipſi per ma-
num Confalonerii, vel ejus Locumtenentis aſſignent ſecundum for-
mam Statuti poſiti infra ſub rubrica de claveriis portarum. Pœ-
nas, & banna pro vigore ipſorum officii exercendi contra ino-
bedientem qualibet vice uſque in centum ſolid. per diem, & ni-
hilominus coactionem, & alios officiales facere poſſint. Monſtras
officialium familiarium, & equorum ſaltim bis in menſe per ma-
num Cancellarii, vel ejus Locumtenentis cum uno Notario de
Monte Sancto exigant, & exquirant, & nihilominus quoties ex-
pedire viderit in præſentia videlicet Maſſarii comunis, & duo-
rum teſtium, & defectus eorum diligenter faciant annotari, quos
defectus, & alios officii quorumcumque officialium noſtri comu-
nis tempore ſindicatus per ſpecialem Sindicum ipſis officialibus co-
ram

ram ſindicatore faciat imputare, & de ipſorum ſalariis faciant retineri, ſecundum formam noſtrorum Statutorum, & ordinamentorum. Rationatores ad rationandum introitus, & exitus, ac collectas comunis ſecundum formam Statuti poſiti infra ſub rubrica de Rationatoribus &c. Necnon Proteſtatore, & ad deliberationem expenſarum, & alia ſecundum formam Statuti poſiti infra ſub capitulo Proteſtatorum &c. Ac cultores, ſeu exactores collectarum, & eorum ſalaria ſecundum formam Statuti poſiti infra ſub capitulo de exactoribus dativarum &c. Atque bajulos, & nuntios ad ſervitia comunis, & officialium ſecundum formam Statuti poſiti infra capitulo de Tutubatoribus, & bajulis &c. Item Tutubatores juxta dictam formam, & alias perſonas per comune, vel pro comuni eligendas, ſeu deputandas, in quarum electione non foret ſpecialiter proviſum, vel certa forma data ſemper ipſi eligant, & deputent quoties opus erit, & per eos electos poſſint ipſum officium, & debeant exercere ad quod fuerint deputati. Statutorum, & ordinamentorum noſtri comunis formas propoſſe obſervent, & per alios faciant obſervari. Nec patiantur quod Poteſtas, vel alii officiales injuſtitiam, lęſionem, vel injuriam contra comune, vel ſpeciales perſonas faciant quoquo modo. Et ſi quando contra, vel præter juſtitiam, vel contra formam noſtrorum Statutorum, & ordinamentorum, aut injurioſæ viderint, vel per ſe ſenſerint fieri, vel factum fore per aliquem noſtrum officialem ſtatim totis viribus ſe opponant proteſtando, contradicendo, querelando, appellando, & ad Dominos, vel majores officiales recurrendo per ſe, & alium, & aliis quibuslibet juridicibus, & opportunis remediis, & reſiſtentiis, prout viderint expedire. Diſcordes, vel emulationem habentes in Monte Sancto ad concordiam reducant ſive pacem, ſuper quo facto poſſint per ſe, & alios compellere, & pœnas, & banna imponere inquantum voluerint non obſtante Statuto contrario, dum tamen homines in ſuis juribus, vel juſtitia hoc proteſtu non lędantur. Alia etiam negocia, & officia noſtri comunis poſſint, & debeant exercere quæ de jure, vel conſuetudine ſolita ſunt per eos, vel eorum officium, explicari, & maxime facere conſervari, atque recuperari propoſſe bona, & jura noſtri comunis; expenſas inutiles, & damnoſas non permittant. Sin autem præſentia ordinamenta, quod abſit, vel alia eorum officii ſervare ommiſſerint ubicumque ſpecialis, & certa pœna impoſita, vel determinata non eſſet ſemper pro quolibet ipſo-



rum, & qualibet vice puniatur in centum ſolid. den. & ultra arbitrio ſindicatoris pro perſonis, & negocii qualitate. Addimus quod eorum vinculo juramenti teneatur, & debeant bonum ſtatum comunem, & popularem, ac pacificum, & tranquillum noſtræ Terræ cum reverentia, & honore Sanctæ Matris Eccleſiæ, & ejus Paſtorum, & Rectorũ fideliter, & propoſſe manutenere, & gubernare per omnia &c.

*De privilegio, ſalario, & ſindicatu Confalonerii, & Priorum Populi.*

## CAP. XIII.

Qui pro comuni utilitate ſedulo vigilant honoribus debent, & privilegiis decorari, nec ſtipendiis propriis militare. Ideo ipſi Confalonerius, & Priores hujuſmodi prærogativis fungantur, videlicet ut eorum officiũ dignius, & majus ſit, & eſſe intelligatur omni alio officio noſtri comunis, & noſtræ Terræ, adeoquod toto tempore eorum officii à nemine officiali, vel privato noſtræ Terræ poſſit ad judicium vocari, vel trahi in civilibus, aut mixtis, nec aliqua ratione cogi, vel infeſtari, pœna contrafacientes pro quolibet, & qualibet vice L. libr. den. in officiali, & in privato x. libr. den. pro qualibet vice, & quod ſecus factum fuit, ſive actum, ſit ipſo jure nullum, & nullius effectus, ſalvo quod ubi mora eſſet periculum ablatura debitor ſuſpectus, vel fugitivus poſſit ad judicium vocari impune ad dandum fidejuſſores de ſtando juri, finito ejus officio; & ſalvo, & præterquod pro quolibet maleficio, & in comuni poſſit contra quemcumque ipſorum procedi. Familiares, & ſervientes ipſorum in officio, ſimili potiantur fori prærogativa; pro civili autem debito, & aliis conveniantur coram ipſis Confalonerio, & Prioribus, vel alio quo maluerint officiali ſub pœnis jam dictis; arma per ſe, ac eorum familiares poſſint impune portare, dum ſunt in officio ideſt durante officii tempore. Necnon poſt tertium ſonum campanæ, & quocumque tempore per Terram cum eorum comitiva incedere cum lumine, & ſine, vel cum armis, & ſine, palatium comunis, & domus reſidentiæ Poteſtatis, & aliorum officialium noſtræ Terræ per ſe, & alios quoslibet ſupra eorum officii pro comunis negociis poſſit intrare, nec aliquos prohibere, ut reſiſtere ipſis poſſint, vel attentent, pœna centum lib. den. pro quolibet contrafacienti, & qualibet vice. In injuriam, vel offenſionem contumelioſam, aut homicidium contra eos, vel aliquem

quem ipſorum ſupra ſui officii faciens, aut inferens per ſe, vel alium quocumque modo verbo, vel facto, puniatur, ut infra in Statuto poſito ſub capitulo de pœna officialis offendentis, & quod nullus dicto tempore ſui officii, ex propria, & privata cauſa poſſit convenire, vel ad judicium trahere excepta ſimili modo cauſa criminali uſque ad actum citationis pœna ſecus agentis officialis L. lib. den., & privati x. lib. ut ſupra, & quod ſecus actum extiterit, ſit invalidum. Defectus autem, & exceſſus ipſorum dicto tempore commiſſorum liceat officialibus, & aliis annotare, ſeu ſcribere ad memoriam ſcindicatus, vel alterius temporis utilis. Tubatores, & Bajuli eiſdem continuæ obbediant, & frequenter aſſiſtant, & ſaltim ter in die videlicet de mane in meridie, & de ſero coram eis teneantur comparere in domo prædicta eorum officii ad parendum mandatis ſub pœna eorum arbitrio imponenda, ita tamen quia excedant pœnam x. lib. Officiales ut dictum eſt autem conſilium, & favorem eiſdem petentibus, vel indigentibus omni modo præbeant ſub jam dictis pœnis, & eorum vinculo jurati ſalarium eorum dicti Confalonerii, & Priorum pro tempore menſis eorum officii ſemper ſit, & fiat ad deliberationem, & voluntatem concilii generalis uſu aliquo, vel modo præcedenti, vel jure contrario non obſtante, cui ſalario ipſi teneantur ſtare contenti, dum tamen infra quantitatem quinque flor. per menſem non poſſint deſtendere. Scindicatus vero ipſorum ſic fiat ut non coram Poteſtate, vel Poteſtatis Vicario, qui præeſſet, vel præfuiſſet in officio noſtri communis tempore ipſorum Scindicatorum officii, ſed potius coram ſucceſſore alio qui præſit poſt finem officii eorumdem teneantur, & propriæ villicationis de adminiſtratione eorum menſe, eorum officii reddere rationem, qui novus Poteſtas, vel novus Vicarius infra menſem introitus officii ſui facta inveſtigatione, & habita informatione de nominibus numero, & temporibus præteritorum Confaloneriorum, & Priorum non Scindicatorum formet contra eos inquiſitionem diligenter de ommiſſis eorum officii contra, vel formam Statutorum, vel ordinamentorum ad hoc ſpectantium exprimendo ſingulariter ipſos defectus in ſerie inquiſitionis, faciat, quod ipſos citari pro ſequenti die ad excuſandum, & contra eos examinet ſaltim duodecim teſtes fide dignos, videlicet quatuor de majoribus, quatuor de mediocribus, & quatuor de minoribus: quatuor dicta extenſe poni faciat in actis; faciatque publice bandiri, tam de ſero, quam de mane poſt medias una tantum vice in die Dominicali, vel feſtiva, quod omnes volentes contra



contra tales inquiſitos, qui ſcindicantur aliquid opponere, petere, vel eis aliquid imputare, compareant infra tertiam diem poſt ultimum bandimentum cum eorum petitionibus, & quærelis, & tales petitiones omnes regiſtrari faciat, & ſuper prædictis omnibus procedat ſummatim exquirendo veritatem itaquod infra quindecim dies poſt formatam inquiſitionem condemnando, vel abſolvendo, ut juris eſt in publico concilio expediſſe debeat proceſſum. Quæ omnia officii vinculo juramenti ſine aliqua alia ſolutione præter certam opportunam expediat bona fide per ſe, & ejus officiales. Accuſatio, & actio criminandi, ſeu inculpandi tales Confalonerios, & Priores, ſit, & eſſe intelligatur popularis, itaquod cuilibet habitatori Montis Sancti, vel oriundo cujuſcumque conditionis, ſexus, & ætatis competat ipſo jure in termino ſupradicto.

*De electione, & authoritate Conſiliariorum de Concilio genarali.*

## CAP. XIV.

GEnerale Concilium noſtri comunis proxime futuro anno eſſe volumus in Lxxx. bonis hominibus eligendis per ſexdecim electores deputandos à concilio generali, quod nunc eſt; quorum ſexdecim ſint; per quodlibet quarterium; quatuor qui electores, vel major pars ipſorum poſſint eligere, & ordinare, ſeu nominare, & deputare adjunctos, ſeu adjungendos, & ſubrogandos in locum mortuorum, vel alia juxta cauſa deficientium, necnon dum opus eſſet ex defectu magni numeri conſiliariorum propter peſtem mortalitatis, vel aliam, quod abſit, reducere, & taxare dictum numerum Lxxx. ad numerum minorem videlicet uſque in Lx. incluſive ſemper cum deliberatione, & voluntate conſiliariorum viventium, quorum numerus in parte plenus, & ſufficiens reputetur hujus vigore ordinamenti, & ſemper talis ordo, ſive numerus de Lxxx. vel Lx. in dictis conciliis reputetur, & eſſe intelligatur legitime, & ſufficiens ad repreſentandum totam univerſitatem hominum, & comunis Montis Sancti in ſingulis actis, & deliberationibus faciendis ſiquidem duę partes totius ordinis numeri dicti concilii fuerint præſentes, & præteritum duę partes ad minus voluerint rite ſecundum formam ordinamenti poſiti infra ſub capitulo de deliberatione conciliorum per inde valeat, & ſufficiat talis deliberatio, & reformatio cum tota ejus præparatione, & ſequela, & cum